



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLXXV. Schutz- und Trutzbündniß zwischen dem Markgrafen Otto von  
Brandenburg und dem Herzoge Otto von Braunschweig-Lüneburg mit  
näheren Verabredungen über die Art des zu leistenden Beistandes im ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLXXIV.** Markgraf Otto von Brandenburg verzichtet zu Gunsten des Klosters in Zeven auf die Proprietät über einen Hof mit Zubehör zu Quelckhorn in der Verdenschen Diöcese, am 20. Januar 1295.

In nomine domini amen. Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, filius quondam illustris principis ottonis marchionis Brandenburgensis, salutem et notitiam subscriptorum. Geste rei de facili euanescit. memoria, nisi scripture testimonio fuerit prouide conseruata. Ad noticiam igitur uniuersorum tam presentium quam futurorum cupimus peruenire, tenore presentium publice protestantes, quod nos ob reuerentiam omnipotentis dei et beatissime marie eiusdem genitricis, nec non et sancti viti martiris ac in remissionem nostrorum peccaminum, ad instantiam nichilominus honorabilis domini, Domini Bernardi Magdeburgensis, Bremenensis, szverinensis ecclesiarum prepositi, omne jus proprietatis, quod hactenus habuimus in curia quelinchorne et in omnibus bonis ad eandem pertinentibus, verdensis diocesis, quam nobilis vir Dominus Burchardus comes de Welppe quondam a nobis in feodo tenuit, cum pleno consensu et voluntate omnium heredum nostrorum predicto honorabili domino bernardo preposito ac conuentui sanctimonialium monasterii in seevena donauimus liberaliter et perpetuo transtulimus in eisdem. In cuius rei testimonium presentem literam inde confectam eisdem damus, appensione nostri sigilli diligencius roboratam. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, in die beatorum fabiani et sebastiani martirum.

Nach dem im K. Hannöverschen Landesarchive befindlichen Original.

Num. In der Kiste des Königl. Hannoverschen Landesarchives, welche diese Urkunde aufbewahrt, befindet sich noch ein Pergamentblatt derselben Größe, was ebenfalls mit einem anhängenden Brandenburgischen Siegel versehen, doch unbeschrieben ist.

**CCLXXV.** Schutz- und Trutzblindniß zwischen dem Markgrafen Otto von Brandenburg und dem Herzoge Otto von Braunschweig-Lüneburg mit näheren Verabredungen über die Art des zu leistenden Beistandes im Falle eines Krieges, vom 12. März 1295.

In nomine domini amen. Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio, Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, Quod cum inclito principe auunculo nostro karissimo domino Ottone, duce Brunsvicensi et de Lunenborch, placitauius et conuenimus in hunc modum, quod ipsum et in se nos vite nostre temporibus contra quoslibet suos aduersarios et nostros iuuabimus bona fide, jta tamen, quod si auunculus noster predictus nostrum requisierit adiutorium, hoc faciamus ei infra quatuor septimanas proximas fideliter toto posse, postquam ab ipso fuerimus requisiti, si infra idem tempus ipsi non possumus amicabilia vel iusta placita de suis aduersariis procurare. Contentus autem erit, si ipsi poterimus amicabilia vel iusta placita ordinare. Si autem in nobis defectus fieret in premissis, quod absit, extunc vna cum decem nostris compromissoribus, nostris militibus infra scriptis,



Luchow intrabimus ad iacendum, inde nulla nocte exituri, infra quatuor ebdomadas proximas, infra quas ipsi iusta vel amicabilia placita ordinabimus. Sin autem, statim finitis eisdem quatuor septimanis inde exhibimus et ipsi auxilium manuale prestabimus, dilatione qualibet postposita, prout superius est expressum. Hec autem predicta dicto nostro auunculo seruare promissimus inuolabiliter et nobiscum et pro nobis promiserunt Illustris princeps, dominus Otto comes de Anhalt, auunculus noster, Geuehardus, Henricus et Fredericus dicti de Aluenfleue, Bernhardus de Plezecke, Otto auca de poytlift, Henricus de Dannenberge, Boldewinus de knesebek, Ludolfus de Efebeke, Albertus de Luderiz et Conradus de Walstowe, nostri milites et fideles. Ab huiusmodi autem iuuamine excipimus serenissimum dominum nostrum, Adolphum Romanorum Regem et illustrem principem fratrem nostrum dominum Albertum marchionem Brandenburgensem inclitum, contra quos nullum auxilium impendemus. Vt autem inter nos omnis dissensionis materia educatur, statuimus ex parte nostra Henricum de Dannenberge, Baldwinum de knesebek, milites nostros, Noster uero auunculus predictus Nobilem virum dominum Conradum de Boldense et dominum Th. de monte, milites suos, qui plenam habent potestatem a nobis et auunculo nostro sepedicto, quod quidquid inter nos nunc dissensionis vel subditos nostros vertitur, vel emerferit in futurum, id infra mensem, postquam ad ipsos delatum fuerit, terminabunt in amicitia vel in iure. Si vero dicti quatuor milites in iure discordarent, mediatorem ad huiusmodi decidendum elegimus Illustris principem, dominum Ottonem comitem de Anhalt, cui dicti milites id, in quo discordant, suis litteris intimabunt: et quidquid super hoc mediator, postquam ad ipsum deuenit, infra mensem proximam iustum dixerit, ratum seruabitur utrobique. Preterea quodsi aliquem predictorum fideiussorum vel arbitratorum aut mediatorum mori contingeret, quod absit, infra mensem proximam, postquam super hoc moniti fuerimus, cum consensu predicti nostri auunculi loco sui statuamus alium eque dignum. In huius rei testimonium presens scriptum de certa nostra sciencia confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum distorp, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, in die beati Gregorii pape.

Nach dem im Königl. Sächsischen Landesarchive befindlichen Originale.

**CCLXXVI.** Der Markgraf Otto von Brandenburg warnt, als Handhaber des Königlichen Landfriedens in Sachsen, den Herzog Otto von Lüneburg, der Stadt Hildesheim Beistand zu leisten, am 1. August 1295.

Magnificentissimo Principi et Excellenti, Auunculo suo carissimo, Domino Ottoni, Duci in Brunswig et de Lüneburg, Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, Iudex Pacis Regiae per Saxoniam Generalis, obsequiosam et sinceram ad quaeuis beneplacita voluntatem. Seria nobis Decanus et Capitulum Hillesheimensis Ecclesie conuentione monstrauerunt, quod Consules ciuitatis Hillesheimensis, multitudine populi concitata, in